




Specimen academicum inaugurale sistens Statuta Gannitensia, huc usque inedita, animadversionibus illustrata

<https://hdl.handle.net/1874/295758>

A. qu. 192, 1783 (C. van der Voordt Pieck).
met lince-vóórtel.



SPECIMEN ACADEMICUM
INAUGURALE

SISTENS

STATUTA GANNITENSIA,

ANIMADVERSIONIBUS ILLUSTRATA.

ST. JOHN'S COLLEGE
NEW YORK

ST. JOHN'S COLLEGE
NEW YORK

ST. JOHN'S COLLEGE
NEW YORK



FRANCOFURTI ad RHENUM Apud
ALEX. V. BADDENBURG.
Academie Typographum.

LIBRARY OF THE

AMERICAN HISTORICAL ASSOCIATION

1515 R STREET, N.W. WASHINGTON, D.C. 20004

AMERICAN HISTORICAL ASSOCIATION
1515 R STREET, N.W. WASHINGTON, D.C. 20004

SPECIMEN ACADEMICUM
INAUGURALE
SISTENS
STATUTA GANNITENSIA,
HUC USQUE INEDITA,

&
ANIMADVERSIONIBUS ILLUSTRATA:

QUOD
ANNUENTE SUPREMO NUMINE,
Ex Auctoritate RECTORIS MAGNIFICI,
MEINARDI TYDEMAN,

I. V. D., Iuris Naturae, Gentium, ac Publici
Romano-Germanici Professoris Ordinarii,
NEC NON

Amplissimi SENATUS ACADEMICI *consensu, et*
Nobilissimae FACULTATIS JURIDICÆ *decreto,*
PRO GRADU DOCTORATUS,
Summisque in UTROQUE JURE Honoribus &
Privilegiis, rite ac legitime consequendis,
Solemni Examine submittit

CONRADUS VAN DER VOORDT PIECK,
NEOMAGO - GELRUS.

Ad diem XXI. Junii MDCCLXXXIII. H. L. Q. S.



A. de Bakker, invensit, et fecit 1774.

TRAIECTI AD RHENUM,
Ap. ABRAHAMUM à PADDENBURG,
ACADEMIAE TYPOGRAPHUM.

MDCCLXXXIII

BIBLIOTHEEK DER
RIJKSUNIVERSITEIT
UTRECHT

SPECIMEN - ACADEMICUM

INSTITUTION

NO. 1000

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

LIBRARY

GENERAL INFORMATION

DATE

RECEIVED

BY

NAME

ADDRESS

CITY

STATE

COUNTRY

REMARKS

DATE

BY

NAME

ADDRESS

CITY

STATE

COUNTRY

REMARKS

DATE

BY

NAME

ADDRESS

CITY

STATE

COUNTRY

REMARKS

DATE

BY

NAME

ADDRESS

CITY

STATE

COUNTRY

REMARKS

DATE

BY

NAME

ADDRESS

CITY

STATE

COUNTRY

REMARKS

V I R O
AMPLISSIMO. GRAVISSIMO.
HENRICO. PIECK.
J. U. D.

TOPARCHAE. IN. PORTINGEN.
CIVITATIS. NEOMAGENSIS. SENATORI.
SCABINO. AC. SAEPIUS. CONSULI.
DUCATUS. GELRIAE. ET. COMITATUS. ZUTPHANIAE.
NOMINE. AD. CONSESSUM.
PRAEPOTENTIUM. CONFOEDERATI. BELGII. ORDINUM.
DELEGATO. ORDINARIO.
COLLEGIO. QUOD. RHENI. INFERIORIS.
AC. ISALAE. CURAM. GERIT.
ADSCRIPTO.
SUPREMAE. PRAEFECTURAE. MOSAM. INTER. AC. VAHALIM.
A. TABULIS. ET. SECRETIS.
PATRI. CARISSIMO. INDULGENTISSIMO.
IN. QUO.
POST. INMATURAM. EHEU!
CARISSIMAE. MATRIS.
MORTEM. UTRIUSQUE. PARENTIS. SANCTUM.
AC. VENERABILE. NOMEN.
NUMINIS. ADINSTAR.
PIE. REVERERI. USQUE. MIHI. GLORIOSUM.
FUIT.
HASCE. LABORIS. MEI. PRIMITIAS.
ET. UNA. ME. IPSUM.
EA. QUA. PAR. EST. FILIALI.
OBSERVANTIA.
DO. DICO. CONSECO.
CONRADUS VAN DER VOORDT PIECK.

THE HISTORY OF THE
CITY OF BOSTON
FROM 1630 TO 1800

BY
J. E. B. SMITH
OF THE
BOSTON PUBLIC LIBRARY
AND
MUSEUM
OF THE
CITY OF BOSTON
PUBLISHED BY
THE
BOSTON PUBLIC LIBRARY
AND
MUSEUM
OF THE
CITY OF BOSTON
1880

PROLEGOMENA.



uum ad jurisprudentiam Patriam rite intelligendam nihil magis conducatur, quam ut ex genuinis fontibus eam hauriamus; ii autem fontes in solis prisca aevi monumentis inveniri ac detegi tantum queant; fatendum sane est, eos bene publicae rei consulere, & consequenter laudem mereri, qui Privilegia, Statuta, aliaque antiqui & medii aevi documenta, quae huc usque in Archivis latent, ac paucorum manibus teruntur, in dias luminis auras protrahunt, eorumque copiam publice omnibus praestant.

Eandem viam & mihi jam quidem inspectendam esse censeo, ad honores Doctorales aspiranti. Quum enim ex Academica Lege qualiumcunque progressuum in Jure Specimen exhibere tenerer ante, quam votorum meorum compos fieri possem, materiam quandam circumspicienti visum fuit quaedam medii aevi Monumenta, quae huc usque inedita latebant, luci publicae exponere, in iisque explicandis & illustrandis, quid valeant humeri, quid ferre recusent, experiri. Interim mihi credas B. L. quas heic tibi sistimus, Annotationes nostrae non magno cum eruditionis apparatu prodeunt: Sunt tantum quaedam hinc inde excerpta, quae pro viribus digessimus, quibusque quaedam adjecimus.

Quae autem jam quidem heic prodeunt, *Municipii GANNITENSIS Privilegia & Statuta*, ea pro solita sua humanitate mecum communicavit Vir Amplissimus J. IN DE BETOUW, Civitatis Neomagensis cum maxime Scabinus, & perillustribus Tetrarchiae Neomagensis Ordinibus a Tabulis & Secretis, cui Nobilissimo Viro tum hoc, tum multis aliis nominibus obstrictum me lubens profiteor, & meritissimas publice persolvo gratias. Alterum eorundem Statutorum Exemplar mecum itidem perhumaniter communicaverat Vir industrius, J. VERMASEN, Litium, in Judiciis Neomagensibus peragendarum, Procurator integerrimus. Ex binis autem illis Apographis, inter se collatis, illa edimus, tibi que exhibemus. Duumvirorum itaque horum humanitati mecum acceptum referre debetis quidquid muneris est, quod jam publico sistimus.

Ne tamen illotis, quod ajunt, manibus statim rem ipsam adgrediamur, paucula quaedam de ipsa GANNITA, uti antiquitus vocabatur in medii aevi Documentis, sive, uti jam quidem vulgo apud nos audit, *de Stad en Heerlykheid van GENDT*, praemittenda erunt.

Gentanos, sive *Gannitenses* jure Civitateni gavisos fuisse, & adhuc etiam nunc gaudere, ceterisque Oppidis Tetrachiae Neomagensis accensitum etiam hoc eorum Municipium olim fuisse, monere neglexit Auctor *van den tegenwoordigen staat van GELDERLAND* p. 258., dum sequentia tantummodo narrat:
GEND is een Dorp en Heerlykheid, niet verre van de Waal-
stroom.

„ stroom in Overbetuwe, tuschen Bommel en Doornenburg ge-
 „ legen. Men houdt het voor waarschylyk, dat hier van ouds
 „ eene Romeinsche Legerplaats geweest zy. Immers men heeft 'er
 „ eertyds Wapenen, Penningen, en andere Oudheden gevonden.
 „ In 't jaar 1605. werdt de Heerlykheid Gend, van een Mannen-
 „ leen ten Gelderschen regten, gemaakt tot een Leen ten Zutphen-
 „ schen regten.” —

Aft descriptio, quam de eo Municipio dedit SLICHTEN-
 HORSTIUS in Theatro Gelrico, quod Historiae suae Gelricae
 praemisit, p. 50. plura complectitur cognitu non indigna. Ver-
 ba ejus ita se habent. „ De Heerlykheyd van GEND, leggen-
 „ de in de Overbetouw niet wyd vanden Waelstroom tuschen de Dor-
 „ pen Bommel en Doornburgh, schynt in vergangene tyden den
 „ Romynen tot een Legherplaats gedient te hebben; alzoo men wil
 „ zegghe, verscheyde oudheden, als penninghen, barnassen, en
 „ andere overblyfzelen zoo nu als dan aldaer wtgedolven te zyn. Sy
 „ heeft, behalven een oude en welverzogte paermarkt, koemende
 „ op den 29. van den Bloeymaandt, haere afzonderlyke Stads-
 „ rechten en Keuren, eerst in 't jaer 1382. verleend by Hartoch
 „ Willem van Gulich, daerna by Rynald in 't jaer 1410. ende
 „ laetstelyken by Arnold 1423. gestadighd en vermeerderd: welkers
 „ Burgemeesters ook in de verleedene quaede jaren, by verzuym van
 „ verschyninghe, van de Land-daghen zyn geweerd en afgescho-
 „ teld. Het was van te vooren een Mannenleen; dan is door Her-
 „ togh Karel 1506. aen Heer Henrick van Gent tot een Zutvens
 „ leen wt-gegeeven. Van de oordeelen by de Schepenen van Gent

„gestreeken, valt klaeringhe aen de Stad van Zutveen.” — Quam *SLICHTENHORSTII* descriptionem, non inamoenum erit, nec a scopo nostro alienum videbitur, si breviter sub examen revoce-
mus. Vocat Vir Doctus locum hunc *GENT*, eoque nomine inter
nostrates hodie cognitus est. Vocabulum illud *Gent*, pro quo &
Gant pronunciatum olim & scriptum invenitur, sine dubio
contractum fuit ex veteri nomine *Ganit*, & *Gannit*, pro quo
Latine scribentes *Ganita* & *Gannita* usurparunt. Ita sane in
medii aevi monumentis, in quibus memoria hujus loci conser-
vata est, appellatus invenitur hic locus. Patet id liquido ex
variis antiqui aevi documentis, quae inveniuntur in 't *CHAR-
TERBOEK des Hertogdoms Gelre en Graaffschaps Zutphen*, cujus
luculenti Operis, (quod Thesaurum Antiquitatum Gelricarum
merito appellaveris, quodque Jussu Praepotentium Ordinum
Gelriae nostrae collegit & eruditis notis illustravit Vir Claris-
simus *PETRUS BONDAM*,) Prior Pars hisce diebus lucem
videt publicam. Vide, inter alia, *Diplomata* anni 839 & 864.
quae in dicto illo *Chartulario Tom. I. p. 24. & 37.* prostant. In
alio *Diplomate* anni 863, ibidem pag. 36. edito, locus non *Gan-
nita*, sed *Gannida* appellatur, vel, uti in duobus aliis Documen-
tis, ibid. p. 14. & p. 43. num. 4. *Ganneta*, quod tamen eodem
recidit, quum *Gannita*, *Ganneta*, & *Gannida*, nil, nisi sono &
pronunciatione tantum, differant. In *Charta*, quae circa an-
num 800. data fuit, occurrit *GANNITAE* marca in Pago *BA-
TAWA*. Vid. idem *Chartularium p. 10.* In alia *Charta* anni
814. *ibid. p. 13.* memoratur *Villa GANNITA* in Pago *BATAUA*,
eodemque nomine etiam gaudet in *Charta* anni 854., *ibid. p.*

29. nec non in *Chartis* anni 860. *ibid.* p. 34. uti & anni 891. *ibid.* p. 43. Ex quibus prisca aevi monumentis liquido constat, locum hunc jam seculo IX. cognitum fuisse. Quin Villam Praetoriam, sive *Curtem Dominicatam*, ad quam plura mancipia, seu homines proprii, *Eygenboorige Luiden*, olim pertinuerint, eamque Imperatori ipsi propriam fuisse, constare potest ex *Diplomate* anni 1024. quod ex *Cod. Laurishamensi Diplomatico Tom. I. p. 160.* in idem *Chartularium Gelriae* intulit Clarissimus BONDAM, *Part. I. p. 99.* & in quo Imperator CONRADUS II. Monasterio Laurishamensi *larga donatione concessit omne jus, quod ad Regalem respicit manum in Mancipiis, ad Curtem GANNITA pertinentibus.*

Cum itaque ex allatis his prisca aevi monumentis luce meridiana clarius liqueat, loci hujus, quem jam quidem *Gent* appellamus, nomen antiquitus fuisse *Gannita*, nemini mirum videbitur, cur veterem illam appellationem in hisce retinuerimus, locumque prisco suo nomine in sequentibus appellaverimus.

GANNITAM autem *SLICHTENHORSTIUS* appellavit *een Heerlykheid*, sive Toparchiam. Sed, quod addat, *Het was van te voren een mannenleen; dan is door Hertog Karel 1506. aan Heer Henrick van Gent tot een Zutveens leen wt-gegeeven*, in eo utique ex nimia forte festinatione errorem commisit. Res ita se habuit. Anno 1506. Dux CAROLUS Toparchiam Gannitensem Henrico illi in Feudum quidem concessit primitus, ab eoque & posteris illius possessum fuit jure Feudi Gelrici, non vero jure

Feudi Zutphanici. Narrat quidem nobis SANDIUS in *Descriptione* sua Gelriae, Carolum Principem anno 1506. Henrico a Gent Pagum Gente in clientelam concessisse, sed non addit, an jure Feudali Gelrico, an Zutphanico feudum illud possidendum concesserit. SLICHTENHORSTIUS, qui naturam Feudi illius immutatam fuisse, illudque ex feudo Gelrico in Zutphanicum abiisse cognoverat, tempora confudit.

Recte enim J. J. VAN HASSELT in *de Geographische Beschryving van Gelderland* pag. 85. sequentia narrat, „ Hertog „ Karel van Gelder schonk deeze Heerlykheid in 1506. aan Jonker „ Hendrik van Gendt voor zyne getrouwe diensten aan hem bewezen. Het was wel eer een Mannenleen; doch is den 14. February 1605. door de Heeren Staaten tot een Zutphens-leen gemaakt.” Confer. SCHRASSERT *Cod. Gelro-Zutph.* Tom. I. p. 103. nec non Auctor van den tegenw. Staat van GELDERL. p. 258.

Idem autem Vir Doctissimus d. l. Gannitam recte vocat een Heerlykheid, hebbende hooge en laage jurisdictie, quum SLICHTENHORSTIUS, & Auctor van den tegenw. Staat, simpliciter locum hunc appellent een Heerlykheid, non addentes, an Toparcha illius civilem tantum Jurisdictionem habeat, an etiam criminalem exerceat. Dominum Toparchiae hujus criminalem etiam habere & exercere jurisdictionem, certum est, neminique ignotum; ut proinde omni ulteriore probatione hujus rei supersedere facile possimus. Illud autem haud aequè notum est,

est, quod, si iudex Gannitensis delinquentes quosdam apprehenderit, quos Gannitae carceri mancipare, ibique secure adservare haud potest, jus ipsi sit a Magistratibus Neomagensibus concessum eos transferendi Neomagum, & carceri Civitatis illius mancipandi. Liquido id patere poterit ex *Resolutione Magistratum Neomagensium d. 12. Julii 1591.* quam integram in *Sylloge Documentorum Num. 1.* ad majorem hujus rei lucem hic subjiciendam putavimus.

Situm hujus Toparchiae ita porro descripsit SLICHTENHORSTIUS, *leggende in de Overbetuwe niet wyd van den Waelstroom tusfchen de Dorpen Bommel en Doornenburg.* Situs nempe locus hicce est ad dextram fluminis Vahalis. Sed quo usque territorium hujus Toparchiae, & jurisdictio ejus, sese extendit? Sub ea non tantum comprehenditur tractus ille, qui vulgo appellatur *het Quartier van Flieren*, quique, conterminus ipsi Gannitae, ad eandem dextram fluminis ripam adjacet; sed sub eodem territorio & iudice etiam continetur Vicinia illa, seu *Buurschap*, quam vulgo appellamus *Erlekum*, cujus incolae eodem jure iisdemque Privilegiis, & immunitatibus, cum Gannitensibus, perfruuntur in hunc diem, iisdemque oneribus etiam obnoxii sunt. Cum vero Vicinia illa ad sinistram Vahalis ripam jam quidem sita sit, atque ita medio flumine separetur hodie a Gannita, id posterioribus demum seculis, quando flumen cursum suum paulatim immutavit, effectum fuisse verisimile est, ut sic olim quidem adhaesisse, verum postea demum avulsa fuisse videatur, quando ibi locorum alveum suum mutavit flumen.

Quod

Quod si admittas, facile ratio darit poterit non tantum, cur Erlikomenses sub territorio hoc comprehendantur, & in taxationibus ac contributionibus publicis simili forte cum Gannitensibus contribuunt & taxentur, sed etiam cur, quando anno 1696. bona quaedam, ad Universitatem Gannitensem seu Communitatem pertinentia, & in Vicinia *Erlikum* sita, publice vendita fuerint, pecunia, ex venditione illa redacta, ita inter ipsos fuerit divisa, ut Gannitenses duas partes perceperint, tertia vero pars Erlikomensibus cesserit, sicut quoque, ante venditionem illorum bonorum, fructus, inde provenientes, secundum eandem proportionem inter ipsos semper divisi fuerunt. Quin si statuas, viciniam illam *Erlikum* olim ad dextram Vahalis ripam sitam fuisse, flumenque ibi, dum alveum suum mutaverit, eam tandem avulsisse ab loco nostro, facile etiam ratio dari poterit, cur Erlikomenses, licet hodie ad sinistram siti sint, tamen in hunc usque diem obnoxii sint aggeribus, ad dextram Vahalis ripam positis, pro parte sua reparandis.

Quod autem SLICHTENHORSTIO, aliisque, qui eum hac in re sequuntur, verisimile videatur, heic loci Castra quondam Romanorum fuisse, illud in medio relinquimus. Versatos saltem fuisse vetusto tempore in hac regione Romanos, certum est. Testantur id innumera monumenta, & lapides literati, aliaque Antiquitatis rudera, quae, tum Neomagi, tum in vicinis tractibus, inter quos & *Gannita* connumerari poterit, exteris effossa & olim fuerunt, & etiam nunc nonnunquam effodiuntur. Maxima Lapidum literatorum pars, Neomagi & in circum-

cumjacentibus agris quondam inventa, in hunc usque diem in Curia Civitatis illius adservatur. Testis ejus rei etiam esse poterit suppellex illa antiquaria, quam sibi olim collegerunt SMETII, Pater & Filius, & peculiari libro, Neomagi anno 1678. in forma quarta edito, cui titulus *Antiquitates Neomagenses sive notitia Rerum antiquarum*, descripsit JOANNES SMETIUS Filius; quamque Suppellectilem Antiquariam Smetianam hujus demum seculi initio Idibus nempe Maji anni 1704. viginti florenorum millibus monetae Hollandicae transiisse in gazam Antiquariam Serenissimi Comitis Palatini ad Rhenum & Electoris Bavariae, discimus ex nota Editoris cultissimi libelli, qui his diebus Neomagi prodiit, & *Epistolas* nobis sistit huc usque *ineditas* J. FR. GRONOVII, N. HEINSII & JOH. SMETII, *de Lucernis veterum reconditis in agro Neomagensium suburbano & intra oppidi pomoeria effossis*, uti Titulus praefert, pag. 52.

Sed pergamus cum SLICHTENHORSTIO. *Sy heeft, subjungit, behalven een oude en welverzochte Paerdemarkt, koemende op den 29. van den Bloeymaand, haere afzonderlycke Stadsrechten en Keuren, eerst in 't jaer 1382. verleend by Hartoch Willem van Gulich, daerna by Reynald in 't jaer 1410. ende laestelycken by Arnold 1423. gestadichd en vermeerderd.* Quae hic memorat Vir doctus Statuta Municipalia & Privilegia, Gannitensibus concessa, huc usque oblitterata, situ araneoso latitarunt, & non nisi paucissimis harum deliciarum amatoribus cognita fuerunt.

B

Eadem

Eadem autem illa sunt, quae jam in hoc Specimine Academico in dias luminis auras proferimus. Et non tantum enumerata illa Privilegia hic damus, sed &, quod SLICHTENHORSTIO plane fuit incognitum, Diploma, quo Dux CAROLUS anno 1493. priora illa Statuta non tantum confirmavit, sed etiam in quibusdam Capitibus adauxit, &, nonnullis mutatis, ampliavit, subjungendum putavimus. Qua quidem opera nostra, (quam ut susciperemus, praecipue suavit Studiorum nostrorum moderator fidelissimus PETR. BONDAM, cujus viri clarissimi de erudito orbe bene merita silentio praetereunda fatius ducimus, ne ejus modestiam laedamus, ac pauca dicendo justas ipsi laudes detrectemur. Concedat tamen vir humanissimus, qui per totum studiorum nostrorum curriculum, ac in quibusdam obscurioribus, quae passim in componendo hoc specimine obvia fuerunt, nonnumquam nobis adesse non dedignatus fuit, ut pro paternis quasi praeceptis consilioque suo obsequiosae mentis gratissimique animi nostri cultum ad rogum usque publice ac ingenue fateamur;) pretium aliquod & gratiam facturos nos confidimus, & imprimis apud eos, qui Jurisprudentiam nostram Gelricam non plane spernendam autumaverint. Eo autem majus pretium huic opellae nostrae sine dubio statuatur apud aequos harum rerum aestimatores, si cogitent, non hic fisti plane antiquata & abrogata, sed talia Statuta, quae, paucis exceptis, quibus ob mutatum Reipublicae Gelricae statum jam locus esse non potest, in viridi adhuc sunt observantia, & in foro ac judicio Gannitensi etiamnum obtinent.

Quod

Quod ut dilucidius unicuique appareat, & ut omnis ansa dubitandi de hodierno vigore horum Statutorum plane amputetur, subjungendas putavimus duas Curiae Supremae Gelricae *Sententias*, in judicio contradictorio inter Consules & Cives Communitatis & Oppidi Gannitensis, Actores, & ipsum Toparcham, reum, *d. 25. Julii 1618. nec non 20. Decembris 1628.* pronunciatas, in quibus secundum illa Statuta non tantum causas litigiosas deciderunt Senatores, sed in quibus ipsi Domino loci sive Toparchae pro auctoritate sua injungit Curia, ut in posterum ipse, & judex, qui ejus nomine Jurisdictioni esset praepositus, Privilegia illa observet & non conculcet. Binas illas *Sententias* integras dedimus in *Sylloge Documentorum* sub *Num. 2. & 3.*

Narrat porro SLICHTENHORSTIUS, *dat de Burgemeesters ook in de verleedene quaede jaeren, by verzuym van verschyninghe, van de Land-daghen zyn geweerd en afgeschoteld.* In hac narratione sine dubio errorem commisit Vir doctus ex ignorantia juris Publici. Nam, quod inquit *in de verleedene quaede jaeren*, id est, tempore tumultuum Hispanicorum, quando pro aris & focus contra inpotentissimum Tyrannum Philippum II., & Hispanos, tam animose libertatem suam vindicarunt Majores nostri, Gannitensium Delegatos a jure Comitiorum fuisse depulsos in posterum, quod difficillimis illis temporibus non comparuissent, cum historica veritate & Jure publico haud consistit. Negari quidem non potest, eos antiquitas inter ce-

tera membra Tetrarchiae Neomagensis Comitii etiam adfuisse. Id quoque etiam SANDIUS in *Descript. Gelriae* testatur, quando inquit; „ Primum in Comitiiis majoribus suffragium sententia per obtinuit Neomagensis Tetrarchia, quae urbes habet tres, „ Neomagum, Thielam, Bommeliam, quibus olim accensebatur Grava, Leerdam, Bura, oppida sub Egmondanis avulsa. „ Pagus item GENTE in Superiore Batavia (quasi Carolus Princeps anno 1506. Henrico a Gent in Clientelam concessit) suffragia quondam inter oppida obtinuit.” Quod olim locum obtinuerit inter cetera oppida, liquido patet ex *Unione*, quam Ordines inter se inierunt, sive *het Verbondt van 1418.* quae sic incipit, *Wy Ghysbrecht van Bronckborst Her to Batenborch en tot Anholt, — Wy Borgemeesteren, Schepenen ende Raedt der Stadt van Nymegen, — ende Wy Borgemeesteren, Schepenen und Raidt der Stadt van GENT, doen kondt. cet. — Et in fine ejusdem Unionis; Ende wy Burgemeesteren, Schepenen, und Raidt der Steden Nymegen, Tyel, Saltbommel, Grave, Maesbommel, ende GENT, bekennen, dat wy alle puncten des voorsz. verbondts, soe woe ons die aentreffen moegen, halden, verwaeren, ende doen soellen ende willen nae alle onser macht in allen manieren, als voorsz. steet, ende hebben des to oirkonde der waerheyt malck Stadtsegel aen desen Brieff gebangen. Vide Placaetboek van GELDERLAND in *Append. p. 175.* Pari & simili fere modo Gannitense Oppidum inter ceteras Civitates enumeratur in *Unione* anni 1436. *ibid. p. 183.* Sic & *Unioni*, anno 1471. inter Tetrarchias Neomagensem, Zutphanensem, & Velavicam ini-*

tae,

tae, una cum ceteris Civitatibus consensum quoque suum dederunt Gannitenses. Vid. *d. Append. p. 193.* — Sed quando demum Comitibus non amplius adfuerunt? Utique, postquam Carolus Dux anno 1506. locum hunc & Oppidum in clientelam concesserat Henrico à Gendt, uti SANDIUS in allegatis verbis innuere etiam voluisse videtur, Comitibus ulterius adfuisse non videntur, nec Jus Publicum ejus temporis id permittebat. Antea nempe, quum nondum oppidum & territorium in clientelam alicujus Domini transfisset, sed quam adhuc sui juris fuerint Gannitenses, consensum etiam suum, si quando Dux a subditis suis precarias & subventiones ac contributiones exigere, in eas dare, atque hinc delegatos suos ad Comitibus mittere debuerunt. Verum postquam ab anno 1506. in clientelam Domini alicujus transfissent, ipse Dominus, qui ceteris nobilibus Tetrarchiae annumerabatur, tunc eos repraesentasse videtur, sufficiebatque, si Toparcha exactioni Precariarum consensum suum dedisset. Ab eo itaque tempore repraesentabantur per Toparcham suam eodem modo, sicuti ceteri Nobiles, sive Ordo Equestris, Agrarios, sive *'t Platte Land*, in Comitibus repraesentant. Neque facile exemplum invenietur, ex quo post annum 1506. eos Comitibus interfuisse probari poterit. Saltem id certum est, mentionem illorum nullam fieri in Actis Publicis, *Quartiers - en Landdags - Recessen*, quae a primis Reipublicae nostrae liberae temporibus, atque adeo ab anno 1577. supersunt. Quae cum ita sint, neququam tempore tumultuum Hispanicorum, quum non comparerent, tandem a reliquis mem-

bris jure isto privatos, & a Comitibus exclusos, *geweerd en afgeschoteld*, uti *SLICHTENHORSTIUS* inquit, fuisse, apparet, sed ideo, quia in clientelam Domini, per quem, inter ceteros Nobiles, in posterum repraesentati fuerunt, transiverant.


Quae ultimo tandem loco *SLICHTENHORSTIUS* narrat de provocationibus, quae a sententiis Scabinorum Gannitensium ad Magistratus Zutphanienses fiant, ea recte se habent, uti ex Animadversionibus nostris, quibus Statuta haec illustrare adnisi fuimus, patere poterit.

Antequam tamen ad ipsa Statuta transeundum est, etiam & illud breviter attulisse haud abs re erit, Gannitenses nostros censitos antiquitus fuisse sub Neomago, ut Metropoli & Capite suo, a quo contra hostiles impetus defenderentur, & in quam urbem, si metus hostium ingrueret, se & sua bona conferre possent. Unde etiam obligati fuerunt Gannitenses, aequae ac incolae reliquorum Pagorum circumjacentium, qui itidem sub Neomago, ut Capite suo, censebantur, munimenta urbis illius reparare & reficere non tantum, sed etiam, si ad defensionem urbis, quo melius hostes averterentur, milite mercenario opus esset, ad sumtus illos necessarios, qui in usum & communem utilitatem erogabantur, partem suam sufferre & contribuere. Ita sane anno 1542. singulis mensibus 25. florenos aureos contribuerunt, ut exinde solverentur stipendia


dia Militibus, qui a Neomagensibus ad defensionem civitatis tunc temporis lecti & sacramento adacti erant. Patet id ex Resolutione Magistratum Neomagensium ejus anni, quam in *Sylloge nostra Documentorum* integram dedimus sub *Num. 4.*

Pari modo anno 1580. adacti fuerunt Gannitenses, ut operas suas praestarent munimentis & fortalitiis urbis reficiendis, ceu patere poterit ex *Resolutione van den 14. Junii 1580.* quam itidem ad majorem hujus rei lucem integram subjecimus in eadem *Sylloge* inter reliqua Documenta sub *Num. 5.*, ex qua patet, illos onus id quidem subterfugisse sub praetextu, quod vi privilegiorum suorum immunes forent a talibus praestationibus operarum, verum protestationem illam parum tunc temporis ipsis profuisse. Neque id mirum; quum recepti moris in Gelria fuerit, ut proxime adjacentium Pagorum incolae munitarum Urbium fortalitia, utpote ad defensionem & tuitionem ipsorum etiam tendentia, reficere non tantum, sed etiam defendere tenerentur. Sic jam antiquitus altera Tetrarchiae Neomagensis Civitas TIELA eo jure gaudet, ut circumjacentes vici, & loca, moenia urbis reficere etiam teneantur, quam praestationem certa pecunia hodie redimifolere docet *SLICHTENHORSTIUS* in *Theatro seu Toneel des Lands van Gelre* p. 42. Alia exempla in Tetrarchia Velavica & Zutphaniensi inveniri possunt apud Clariff. *BONDAM*, in *de Verzameling van Onuitgegeevene Stukken tot Ophelden*

heldering der Vaderl. Historie Tom. III. p. 88. & 200. Tom. IV. p. 24. nec non Tom. V. p. 136. — Atque haec quidem de Municipio Gannitensi in genere praemittenda videbantur. Jam ad ipsa Statuta transeamus.



STATU.



STATUTA GANNITENSIA.

Dit sint die Rechten
der Stadt Genth
in Auerbetuue.

Wilhem (a) van Gulich by der genaden
Goidtq Hertouge van Gekre ende Grebe van Zutphen
doen

(a) *Wilhem*] Postquam EDUARDUS I. devictis jam ad Pagum *Bacse-*
wilder, qui intra Rhenum & Mosam est, in proelio hostibus suis, ac pro-
stigatis, &, ut requiem captaret aliquam, equo desiliens, & saxo insi-
dens, remoto galeae suae anteriori operculo, ut in summo aestu aurae
nonnihil frigidioris hauriret, a proprio suo cliente, telo, fronti ejus in-
pacto, scelestissime percussus sauciatusque fuerat, eoque ex vulnere biduo
post, qui fuit ipso festo *Bartholomaei* 24 Augusti die anni 1371., ex hac vi-

doen ront ende kennelicken allen luyden / dat Wy by
raede ende guetduncken onser Hartz ende 3 deilz van
onser

ta migraverat, frater ejus REINALDUS III., quem per duo fere lustra in vinculis detinuerat, communi Procerum sententia e custodia liberatus, rebus denuo ditionum suarum praeficiebatur. Sed gaudium illud haud sane diuturnum ipsi fuit. Nam post decennalem circiter captivitatem e carcere emissus, & in solium sui Ducatus repositus, vix ultra trimestre temporis spatium exinde superfuit: obiit enim 2., vel ut alii, 4. Decembris die ejusdem anni 1371. nullos relinquens liberos; atque hoc modo, mortuis his fratribus, qui Stirpis Nassavicae, quod ad masculam prosapiam, omnium, qui Gelriam tenuerunt, eique per trecentos, & quod excurrit, annos Comitum ac Ducum titulo praefuere, ultimi fuerunt, de successore initio quidem varii motus inter Nobiles ac Proceres Gelriae exorti sunt. Alii MECHTILDAM, sororem *Reinaldi* & *Eduardi* natu maximam, quae, Vidua Comitis Clivensis existens, postea JOHANNI *Castillioneo*, Comiti Bloisensi, nupsit, ut proximam fratrum heredem inaugurandam censebant; alii GULIELMUM hunc Juliacensem, *Reinaldi* atque *Eduardi* Ducum ex altera Sorore, sed natu minore, MARIA, nepotem, puerum tunc septem circiter annorum, utpote legitimum heredem masculum, dominum ac Ducem suum proclamandum declarabant. Motus hos, qui jam in aperta diffidia, & bellum intestinum erumpebant, auctoritate sua brevi compefcuit Imperator CAROLUS IV., nostrumque GULIELMUM verum ac proximum succesforem heredemque legitimum declaravit, dato eum in sinem publico Diplomate anno 1372, quo GULIELMO *Duci Gelriae & Zutphaniae Comiti, illustris GULIELMI Ducis Juliacensis seniori* (ita legendum; male enim editur, *senioris*.) *filio Ducatum & Principatum Gelriae ac Comitatum Zutphanensem cum omnibus dignitatibus, justitiis, utilitatibus, & pertinentiis infeudavit, sed, quia Gulielmus propter juvenilem aetatem suam ita per-*

specte.

onsen vrienden gegeven hebben / ende geben abermyt
 dessen openen brieff onser (b) Stadt ende Poirteren
 van

spelle & utiliter Principatui Gelricae ac Comitatuui Zutphaniae praesse atque adesse non sufficiebat, ipsi concessit coadjutorem antedictum Ducem Gulielmum Juliacensem patrem ipsius; ita tamen, ut ipse velut coadjutor filii sui Regiones has gubernaret & dirigeret in omnibus & per omnia, donec & quousque filius ad annos discretionis pervenisset, & per se regiones has rationabiliter gubernare possent, uti ipse Caesar loquitur in Diplomate, quod integrum Historiae suae Gelricae inseruit PONTANUS Lib. VIII. p. 300. Atque hoc modo Regiones hae nostrae, Gelria & Zutphania, ex familia Nassavica in Juliacensem Ducum familiam transferunt, & ad GULIELMUM hunc nostrum, a quo haec Statuta data fuere, devolutae sunt. Imperium autem harum regionum tenuit per triginta annos, diemque obiit supremum die 16. Februarii anni 1402. aetatis suae anno trigesimo octavo vixdum completo, succesoremque habuit fratrem suum germanum REINALDUM IV. Confer PONTANUM Lib. VIII. p. 357.

(b) *Onser Stadt ende Poirteren van Gent.*] Ex hac appellatione, ni fallor, patet, Gannitenses jam ante hoc tempus jure civitatis donatos fuisse, & tribunal Scabinorum, a quibus omnes civium lites deciderentur, quorumque consilio Oppidum istud regeretur, habuisse, & libertate civica, qualem pluribus descripsit Cl. BONDAM in *Oratione de Jurispr. Belgica, ad exemplum Juris Romani maxime excolenda, p. 26.*, si non omnimoda, saltem magna ex parte gavisos fuisse; ut per nostrum Diploma Locum hunc Jure Civitatis Dux Gulielmus non adeo primus honorasse, quam quidem varia Statuta, secundum quae Oppidum illud in posterum regeretur, & jus a Scabinis inter Cives diceretur, ipsis indulgisse ac praescripsisse videatur. — Quando autem in formam Oppidi excreverit, libertatemque illam civicam acceperit, ignorare me ingenue fateor ob defectum veterum monumentorum, quo laboramus.

van Genth / gelegen in onsen Lande van Auerbetouwe /
alle assulcke rechten als hierna beschreven stect.

I.

Dat is thoe weiten / soe wie tot Genth vurf. be-
set wurde (c) / die geen porter aldaer en were / die
solde

(c) *Beset wurde*] *Besetzen* nihil aliud significat, quam auctoritate Judicis aliquem, vel bona alicujus detinere, seu, uti barbara voce vulgo dicunt, *arrestare*, de cujus verbi origine videri potest praeter alios HUBER. *Prae-lect. ad Lib. II. Tit. 4.* Medio autem aevo non tantum, sed & hodieum frequentius nihil est, quam ut, si diversae civitatis aut provinciae subditi causam aliquam civilem inter se habeant, alter alterum in extraneo loco deprehensum, spreto competentis domestici judicis auxilio, arresto tandiu detineat, donec plene ipsi satisfactum sit; modo tamen actio, pro qua arrestum fit, personalis fit; pro realibus enim actionibus remedium hoc non competit propter maximam, quae inde sequeretur, Jurisdictionis confusionem. Vide SCHRASSERT *ad Reformat. Velaviae Cap. X. pag. 131.* Est itaque Arrestum tantum ingressus quidam judicii, & pari fere passu cum Citatione ambulat, unde etiam Arrestum a Doctoribus habetur species citationis, quae fit realiter, sive cum apprehensione personae, vel rei, nisi quod arrestum personam extraneam ejusve bona, citatio autem solam incolae personam afficiat. Hinc in Statuto nostro, non sine causa, additur, *die geen porter aldaer en were.* Si enim Civis esset, a concive suo arrestari non potest, verum citari debet. Id quod etiam REFORMATIO VELAVIAE praecipit *Cap. X. Art. 1. Alle die genen, die in Veluwen und Veluwxoom woonachtig zyn, en mogen des anderen persone noch gerede guederen*

voor

voor schade ende schuld niet besetten, dan moeten den anderen aanspreken ter Bancken, daar se geseten syn. Idem etiam constituit expressa lege REINALDUS Comes in *Privilegio* anno 1305. Bommeliensibus dato, quod exstat in *App. van het Gelderscb. Plac. Boek p. 120.* Voert willen wy, dat men niemans besetten en sal to Boemel, die geguet und woenachtig is in der eenige van Bommelre-Weert of Tielre-Weert. Quocum etiam consonat de *Provisioneele Ordonnantie op de bediening van justitie* — binnen der Stadt NYMEGEN, §. 9. Den eenen Burger of Inwoonder en mag den anderen noch buiten noch binnen der Stadt door weegen van arrest vervolgen, conform die overdrachten daervan gemackt, uitgenomen daer den Boedel voor desolaet word gehouden, ofte daer suspicie is, dat eener veldvlugtig weere, waervan die kennisse aen 't gericht sall staen. Exceptiones has etiam habes in de *Ordonantie der Stadt ARNHEM* beroerende de manier van procederen *Art. 3.*, in de willekeur van *ELBURG Cap. III.*, in het Stadrecht van *DEVENTER Part. II. Tit. 3. Art. 2.* & in aliis Statutis, easque pluribus illustrat *SCHRASSERT ad Reform. Velav. d. l. p. 137. n. 8.* Quin si civis civem, de fuga non suspectum, arrestaverit, non tantum arrestum inutile est, sed ex quorundam locorum Statutis multa pecuniaria insuper locum habet. Ita prohibetur in 't Stadrecht van *ZUTPHEN Tit. 9. Art. 1.* by pane van XL. pond. Trajecti ad Rhenum si civis civem, qui non fugitivus est, vel foro cesserit, arresto detinuerit, verbeurt thien Carolus gulden tot behoef van den Schout, ende is gehouden alsulke proceduren costeloos ende schadeloos af te doen, uti praescribunt de *Costumen van UTRECHT Rubr. XIX. Art. 1.* Plura in re notissima adferre supersedeo, cum certi juris sit, dat men met arrest den inganck des Gerichts neemt over uitheymische personen, derselver goederen, schulden, ende rechtsvorderingen, uti legitur in 't Stadrecht van *DEVENTER P. II. Tit. 3. §. 1.* & regula haec tantum non ubique valeat, quam proponit de *Willekeur van ELBURG Tit. 3. Art. 1.* dat deselve Actien, die tegen een Burger ofte Inwoner met bodinge aengevangen werden, tegen een Vreemde met arrest, ofte te befate aengevangen worden.

solde aldair gulde (d) off recht doen by den Richter ende (e) Schepenen burs.

(d) *Gulde of recht doen.*] id est, solvere debet & satisfacere creditori, vel jure experiri tenetur, & litem contestari coram judice & Scabinis. Per arrestum enim fundari jurisdictionem judicis, alias incompetentis, notissimum est, nec probatione ulla indiget. Vocem autem antiquatam *Gulde*, qua hic utitur Dux, & *Gulde*, KILIANUS interpretatur, *tributum, vestigal, contributio, symbolum*. Ignorata proinde ipsi videtur significatio, qua nostro in loco gaudet. *Gulde* enim, pro quo & pronunciarunt *Gilde*, a verbo *ghilden*, quod recte KILIANUS vertit per *solvere, luere*, nonnunquam usurpari pro solutione debiti & satisfactione docuit HALTAUS in *Glossar. V. Gilt* p. 723. ubi inter alia etiam adfert *Edictum Praetoris Spirensis de anno 1327. n. 1.*, in quo eadem fere occurrunt verba, *und det de nicht GULT oder recht*, id est, si reus nec solutionem faciat, nec se iudicio sistat; eodem plane sensu, quo & vox haec in nostro loco obvenit.

(e) *Schepenen*] Unde vox *Scabini*, & *Schepenen*, derivanda sit, quid in Scabinis olim requireretur, & quot numero in judiciis adhiberentur, quo modo porro eligi soliti fuerint, & quamdiu munus illorum duret, facili opera pluribus demonstrari posset, si id agerem; sed cum omnia haec ad illustrationem horum Statutorum parum aut nihil faciant, nec ad scopum nostrum pertineant, silentio praetereunda censeo. Qui harum rerum cupidus est, illum ablego ad DUCANGII *Glossarium* in Voc. *Scabini*, EM-MINGHAUSIUM in *Commentario ad Jus Susatense Art. 2. 7. & 8.*, HEI-NECCIUM in *Elem. Jur. Germ. Lib. III. §. 19. seqq.*, imprimis autem ad FRID. BRUMMERUM, qui docta sane & laboriosa sua *Exercitatione de Scabinis* totam hanc materiam egregie illustravit. — Quod ad Scabinos nostros Gannitenses attinet, munus eorum per biennium durare, infra patet ex *Art. 15.* horum Statutorum.

Volgtmeer of die ein Paärtern van Genth tegen
den anderen mit (f) vusten ſtege / of eynige weie
an

(f) *Mit vusten ſtege.*] Inter media, ad humanam Societatem ſartam
rectam ſervandam ſpectantia, juſtas delinquentibus inrogari poenas prae-
cipuum fulcrum eſſe, haud ullus unquam inficias ibit. Hoc demonſtrat
CICERO Lib. 3. de Nat. Deorum, dum ullam domum, ullamve Rempubl.
ſtare poſſe negat, ſi in ea nec recte factis praemia exiſtent, nec ſupplicia
peccatis. Hinc olim Gentium nationumque ſapientiffimos in legibus Rei-
publ. ſalutiferis, ac delinquentium malitiam refraenantibus, condendis
maximopere ſudaſſe, neminem fugit. Hinc terrarum Gentiumque Domi-
na, Roma, imperium non tantum adverſus externos Reipubl. hoſtes armis,
verum etiam adverſus malitioſam facinoroſorum ſentinam, ut patriae in-
feſtiſſimam ac periculoſam, poenis munivit; teſtes ſunt libri in jure terri-
biles, poenarum atrocitate terrorem cuius incutientes. Quum tamen
omnia crimina non tam atrocia ſint, ut ea vel ultimo ſupplicio, vel poena
corpori inſtigenda, vel civitatis amiſſione, vindicari aequitas ſinat, optima
ratione conſtitutae ſunt quaedam poenae leviores, criminum atrocitati re-
ſpondentes. Sic Populus Rom., agreſtis licet, a primis initiis ſemper id
egit, ut Rempubl., cujus fundamenta feliciffime jaſta erant, ſaluberrimis
legibus firmaret: ſcilicet probe edoctus, neminem lubenter ſuis facultati-
bus carere, ne leviora crimina inulta forent, excogitare poenam quam-
dam levioſam, qua quis mulſtabatur ovibus, bubus, vel equis. Hinc
FESTUS in voce *Peculatus*. *Noxiae pecore mulſtabantur, quod neque aeris
aduc neque argenti erat copia.* PLINIUS *Hiſt. Nat. L. XVIII. C. 3. Mul-
ſtatio quoque non niſi ovium boumque impendio dicebatur.* Quod apud Roma-
nos, quum adhuc penuria nummorum ſignatorum laborarent, olim obti-
nuit.

antasten/ daer aff wer die hoer (g) ein pont.

3.

nuit, idem etiam antiquissimo tempore inter Majores nostros locum habuit: Teste enim TACITO *de Mor. Germ. C. 12. levioribus delictis pro modo poenarum equorum pecorumque numero convicti multabantur.* Hinc etiam est, quod in *Jure Frisico antiquo*, allegato a SICCAMA in *not. ad Leg. FRISION. pag. 18. Edit. GARTNERI* legitur, *dat alle Fresena hiara fird beta mey hiara fia*, id est, ut omnes Frisii poenam, vel fredam suam, pecoribus redimant. Postquam autem usus signatae pecuniae magis magisque invaluerat, poenae pecuniariae levioribus, quae non Capitalia erant, delictis legibus statutae fuerunt; Hinc est, quod in nostro hoc *Articulo*, sequentibusque aliis *Articulis* hujus *Diplomatis* vel levior vel major multa pecuniaria infligatur, prouti vel levius vel gravius videbatur delictum, quod quis perpetraverat. Et sane medii aevi Leges nostratium accurate satis singula delicta distinguisse, singulisque diversas multas pecuniarias impositas fuisse, tum ex hoc toto *Diplomate*, tum & aliunde constare potest. Sic accurata descriptio multarum, quae ex diverso genere vulnerum, alicui inflictorum, solvendae erant, occurrit in *Legge Antiqua FRISIONUM Tit. 22.* Sed praecipue, quod nullus fere populus tam accurate ac minutatim in vulneribus recensendis, & aestimandis, versatus fuerit, ac Frisii, constare poterit ex *Elencho illo vulnerum*, quem ex veteri *Codice* primus produxit - JO. GUL. HOPFMANNUS *Obs. Jur. Germ. Lib. II. Cap. 6. p. 233 — 271.* Pari modo pro gravitate vulnerum diversas poenas pecuniarias & multas Legibus *Geiricis antiquis* impositas fuisse delinquentibus, liquido constare poterit, si quis conferat *et Placaatboek van GELDERLAND in Append. p. 27. 28. 29. 57. 67. 68. 72. 103. & 148.* Vide quoque, ne plura jam allegem, *Reformationem Velaviae Tit. V. ubi Art. 1.* similis multa, quae hoc in loco etiam statuitur, *unius nempe librae*, in eum, qui alium pugno laceffivit, statuta legitur.

(g) *Ein Pont*] Non est in tota antiquitate Patria locus obscurior, quam

res

3.

Doirt were 't saecke / dat ein huytenman onsen poir-
teren van Gendt misdeede / des huytenmans hoer (h)
twyfvoldige hoer.

4.

res monetaria veterum ; quum valor pecuniae publicae identidem vel au-
geretur vel minueretur, prouti majori vel minori auri, argentique copia
vel inopia laborabant: Unde valorem pecuniae, prouti in antiquioris aevi
documentis occurrit, cum valore pecuniae nostrae hodiernae componere
& aequiparare, vix possibile est, nisi in illis tantum casibus, in quibus
valor pecuniae veteris interpretatione Principis ipsius, vel alio quopiam
iusto modo, postea taxatus & ad valorem hodiernum redactus fuerit. E-
gregia sunt, que de volubilitate & mutatione ac vicissitudine rei numma-
riae, & de diverso diversorum nummorum valore docuit JO. SCHRAS-
SERT *de Censu Dominico & Conventionali Tit. IV. C. 2. §. 26. p. 169.* —
175. ad quem Lectorem, harum rerum cupidum ablegamus. — Quanti
autem in hoc nostro Diplomate *Libra*, seu *een Pont* valeat, quantaque
pecunia hodierna redimi debeat, dubii haerere non amplius possumus,
postquam in sententia sua *van den 20 Decemb. 1628.* declaravit Curia su-
prema Gelriae, *dat ieder pont zou gerekent worden tot vier en twintig stui-
vers lopender munte, ende hoger niet, ter tyd en wylen by de Landschap dien-
aangaande anders zal mogen geordoncert worden.* Vide *Sylogon Documentor-
um Num 3.*

(b) *Twyfvoldige hoer.*] In antiqui aevi Legibus Germanicis hanc multa-
rum distinctionem plerumque haberi, ut peregrini vel extranei graviore sem-
per multa coërcerentur, quam incolae ipsi, notum satis est. Vid. HEI-
NECCIUS, *Elem. Jur. Germ. Lib. I. Tit. 18. §. 426.* — Uti autem in

D

hoc

Doiztmer wijs den anderen sloeghe / of stecke (i)
 eyn koerbaar woude / naegels diep / lits lanch / die
 koer daer aff weer byff pont.

hoc nostro articulo dupla statuitur poena in extraneum, qui in civem aliquid commisit, simile etiam quid reperitur in diplomate REINALDI Ducis THILANIS Anno 1410 dato, ubi legimus: Voirt soe en sal onse Richter van den burgeren van Tyel ind van Santwyck, als byse toespreekt in 't Gerichte voir de Schepenen van broecken, als van mes trecken, off mit weren beworpen off geslagen, mit meer hoeren tot onse behoeff dan vyfelen schillingen.— Voirt sal onsen Richter hoeren tot onse behoeff van den selven burgeren van eenen vuysten slage twintig schillingen payments weirf. Voirt sal onsen Richter hoeren tot onse behoeff van den genen die van buyten komen, ind geen burger en syn, van den selven broecken — als van mes trecken, off mit weren geworpen off geslaegen, vier pont. — Van eenen vuysten slage een pont — van den selven luyden die van buyten ind die geen burgers en syn. Vide Placaetboek van Gelderl. in Append. p. 56.

(i) Eyn koerbaar woude.] Quid proprie sit een Koerwoude, optime discipoterit ex iis, quae docuit MATTHAEUS de Nobil. Lib IV. Cap. XXX. p. 1130. ubi ait. „ Koerwoude est vulnus, quod muldandum vi statuti, aut „ edicti. Ex iisdem Actis Senatus Ann. 1413. Die Coerwonden is nagels „ lank ende knockels diep. Keuren der Stad Leyden Art. 158. Een woude „ lang anderhalf lit, 't welk men noemt een Keurwoude. Statuta Harlemf. „ Ann. MCCCCXC. Een Koerwoude, dat is te versbaen nagels diep of ledes „ lanc.” — Pari modo in de Landbrief van tusschen Maes en Waal anni 1534. in Append. Placit. Geir. p. 23. een Koerwoude determinatur lietslanck, „ winger-nagels diep. Similia occurrunt quoque in aliis Statutis Gelricis. Vi-
 de

de eundem *Appendicem van 't Gelders. Placaatboek p. 67. 68. § 148.* — Sed quum tali vulnere praescribatur multa quinque librarum, quaeri posset, qualis multa infligi debuerit, si quis alterum quidem vulneravisset, verum plaga vulneris non tam lata, nec profunda esset, ut primum vel extremum digiti articulum non exaequaret, verum minor esset? Eo in casu non erat *een Koerwonde*, seu, uti in aliis Statutis etiam vocatur, *een Maatwonde*; verum tunc multa eadem videtur fuisse, quae locum habebat, si quis alterum pugno verberasset. Ita sane statutum legimus in *de Handvest van Bommel* anni 1327. in eodem *Appendice Placitorum p. 72.* *Soe wie eenen mensche wondet, daer die wonde niet Koerbaer en is, als leets lanck und nagels diep, die beteringe sal wesen, gelyck die wuyften slag.* Ita & in *den Landbrief van Over ende Neder - Betuwe* anni 1327. *ibid. p. 27.* *Voirt soe willen wy, wie eenen mensche wont, daer die wonde koerber af is, alsoe leets lanck ende nagels diep, daer aff sullen wy hebben vyff pont — ende die minre is, dan koerber, die sal staen gelyk den voestenlagh.* — Ex quibus patet, etiam, uti aliarum gentium, quae tamen non omnes in aestimatione vulnerum unam eandemque elegerunt viam, ita & majorum nostrorum usum tam insolitam obtinuisse Jurisprudentiam, ut judicem, de vulneribus cogniturum, velut ad abacum sedere, & non tam leges & arbitrium suum, quam mensuram quandam ad cognoscendum, quam lata sint, & quam profunda vulnera, in consilium adhibere oportuerit. Et quo magis Judici de latitudine & profunditate vulnerum, deque majori vel minori multa, quam exigere deberet, constare posset, Chirurghi jurisjurandi religione apud Frisios olim obstricti erant plagam vulneris metiri, & quam lata sit & quam profunda, in tabulas referre, ut hoc modo multae quantitatem Judex secundum ea, quae proponebat Chirurgus, determinaret. Ita sane jurare inter alia tenebatur quondam Chirurgus. *Ick N. Baertschere, und Wundearst, lave, bulde, und swere, dat ik — alle wunde, de ick verbinde, terstund wyll de lenckte nemen und de brede, unde alle gelegenheit — in een register, my dair tho verordnet, claerlyken scriven laten, dair utb und na alle unbestendicheit (ita errore typographico editur; sed legendum *umbestendicheit*) der wunden den Lantrichter rechtverdichlich berichten.* Formu-

Ende waer hemantg / die onsen Richter van Genth
 stecke / of sluege / dat wolden wy (k) richten tot on-
 sen wyl.

lam illam antiqui Jurisjurandi nobis conservavit JO. GUL. HOFMAN-
 NUS *Obs. Jur. Germ. Lib. II. Cap. 5. p. 216.* ubi de proportione, quam
 in aestimandis vulneribus majores sequuti sunt, praesertim de vulnerum
 mensura a pag. 211. usque ad pag. 272. plura, eaque scitu haud indigna,
 adtulit Vir Clarissimus, ad quem proinde hujus rei cupidum Lectorem ab-
 legamus.

(k) richten tot onsen wyl.] Similia statuuntur in den Landbrief van Tus-
 schen Maas en Waal anni 1534. in *Append. Plac. Gelr. p. 24.* Oick willen
 wy, off ymant onsen Richter off Gerichtsluyden boonspraecke dede, off sloege,
 als sy te Gericht geseeten weren, dat sal staen tot onsen wil. Nec non in
 de Landbrief van Over- en Neder-Betuwe anni 1327. *ibid. p. 28.* Wie onse
 Richter, Ampluyden, Baede, sloege, dat steet tot onsen wille; vel, uti in de
 Handvest van Bommel anni 1327. *ibid. p. 75.* legitur, dat soude by beteren
 tot onsen wille. Adde & Landrecht van Beesde en Renoy anni 1327. *ibid. p.*
106. nec non de Landbrief van Veluwen anni 1532. *ibid. p. 150.* —
 Neque mirum, poenam hujus rei relinqui ipsius Principis placito; quia
 injuria, facta Officiario Principis, facta censetur ipsi Principi. Conf. SCHRAS-
 SERT *ad Reform. Velaviae Cap. V. Art. 11. p. 95.*

6.

Doirtmeer / wer hemant die die Burghgemeesteren
(l) Schepenen onser Stadt van Genth stekie / of slue-
ge / off hemant / die der Stadt geswaeren hadde / die
koer die meer twyfsaldich (m).

7.

Ende late den anderen lochgende in ernsten moede (n) //
dat wer vijff schijllingen clejue.

8.

(l) *Burghgemeesteren.*] De origine & significatione vocis hujus videatur
Auctor anonymus libri, cui titulus *Begin, Voortgang ende Eind der* ———
Erf-gravelike Bediening in Holland ende West-Vriesland, Parte 30. p. 464.
nec non MATTHAEUS *de Nobil. Lib. III. Cap. 11. p. 902.*

(m) *die Koer die meer twyfsaldich.*] Eadem proportio, ut poena duplo
major sit, si quis in Scabinum deliquerit, locum etiam invenit in 't *Stad-*
regt van ZUTPHEN, (prouti anno 1708. editum fuit; nam in *Reformatione*
illorum Statutorum, quae anno 1742. promulgata fuit, Articulus ille obli-
teratus & omissus fuit) *Tit. IV. §. 4. Soo een Schepen, ofte Borger, den*
Vrede gebiedt, daer Burgers 't samen vecbten, ende derhalven geslagen worde,
die dat dede, ende eenige Schepen ofte Raedt sloege, die sal der Stadt gelders
100 g: guld. Maer sloege by eenen Borger, die sal gelden 50 g. gulden.

(n) *Lochgende in ernsten moede.*] Commentarii vicem quodammodo ver-
bis his praestare possunt ea, quae habes in 't *Landrecht van HUNSINGO.*

Daermeer gebiel tot Genth burf. ein wechtelijck (o)
 van onseren Poerteren burf. / dat daer luffden ge-
 wondt wurden / daer aff en solden wij nyemand an sijn
 lijff tasten / off doen tasten / die tot Genth Poorter
 weer / also lange als die gewonde mannen leefden (p) /
 indien

Lib. VI. Art. 3. Wie eenen anderen in beetē moede ernstelyck aenspreect, met sōdaene woorden, die een goed man mogen gaen aen sijn eere, die breke. cet. — Sic & in 't Stadtrecht van DEVENTER Part. IV. Tit. 7. §. 10. So wie den anderen uyt een toornich gemoet biet liegen — sal verbeuren tbiē goltgulden ter Stadts behoef. Similia in aliis Statutis saepius occurrunt.

(o) ein wechtelyk.] Ita recte legitur in uno Apographo nostro, in altero male legebatur een genoechte.

(p) also lange als die gewonde mannen leefden.] Similia statuuntur in den Landbrief van Over- en Neder Betuwe anni 1327. in Append. Plac. Gelr. p. 28. Voert is te weten, hoe seer een mensche gewont wort, dat die Heer, noch niemant van synre wegen, — den genen, die 't gedaen heeft, hem, noch sijn goet, aentasten sal boven synen koeren, alsoe lange, als die minsche levet, die daer gewont is. — Quae autem in hoc Articulo statuuntur, hodie vix in usu sunt, permiffumque esse Judici videtur, ut apprehendat, carcerique mancipare possit interea delinquentem, licet vulneratus adhuc vivat, dummodo in periculo mortis versetur, & incertum sit, an ex vulnere convalescat. Ita sane Curiam Supremam Gelriae anno 1743. judicavisse, docuit me Ampliffimus IN DE BETOUW, cujus paucula verba ex literis ad me datis (quod pace Viri Humaniffimi factum velim) hic subjecisse haud

indien daer syn guedt gubt genoegh waer haer sijn koere / en die hoegste koer is D. pondt. Mer wert sake / dat der gewonder lunden eenigh stofte / soo solden wij tot onsen wylle richten (g) over den ghene die den doot

haud abs re judicabitur. „ In een Procedure ten Hove,“ scribit Vir Amplissimus, „ in cas van exces en beswaer, gevoerd tusschen *Johannes Sweers*, „ Impetrant, contra den *Richter, Stadholder, Schepenen en Secretaris der* „ *Stad en Heerlykheid Gent*, Geimpetreerden, in 1743., heeft de Impetrant „ zig beroepen op de *Privilegien van Willem van Gulich*, Hertog van „ *Gelre*, van den jaare 1382.; in 't byzonder op 't geen daar by is ge- „ statueert ten aanzien van de *Vegt-breuken en 't verwonden*. Doch „ hier tegens hebben de Geimpetreerden gefustineert, dat dit Privilegie „ door 't *Landrecht der vier Bovenampten Tit. 34. en 35.*, in so verre, was „ geabrogeerd, dat dit Privilegie (so het naar den letter genomen wierd) „ voor de justitie onlydelyk zoude zyn; want dat naar den inhoud van „ 't zelve de *Richter van Gent een Poorter van Gent*, die iemand op een „ verraderlyke wyze dodelyke kwetste, *niet zou snogen doen apprehenderen*, „ zo lang men ten respecte van de doodlykheid of niet doodlykheid der „ wonde in het onzekere was; dat daaromtrent ook notabel waren de „ woorden van de *sententie van den 20 Decemb. 1628. in verbis, ter tyd-* „ *en wylen by de Lantschap diensaengande anders sal mogen geordonneert wor-* „ *den*. Dat de bovengenoemde Privilegien door de *Sententien van den* „ *Hove* wel zyn geconfirmeert, in aanzien van alzulke poincten, waar „ omtrend het eigenlyke Privilegien zyn; maar niet, in zo verre het eene „ *Ordonnantie* is op breuken en andere criminele zaken, door posterieu- „ re *Wetten* geabrogeert. Ook is de Impetrant by 's Hoves *sententie in-* „ *synen genomen eisde en conclusie ongefundeerd verklaard cum expensis.*”

(g) Solden wy tot onsen wylle richten &c.] Item etiam in Privilegio Bom-
mellen

doodslag gedaen hadden / ende die ghene / die den doets-
 slach gedaen had / hadde die ein echte Wifff edder kin-
 der / daer tegen solden wijs dat goed / dat der was / del-
 len / ende daer aff sullen wijs die ene helffte (r) hebben /
 ende

meliensi anni 1316. in *App. van 't Geld. Plac. Boek p. 68.* — *Soe wie
 oick een — dootslagb — aenrichtet, soedanige sal bet selve beteren tot onsen
 wille.*

(r) *Daer aff sullen wijs die ene helffte.* Antiquissimo tempore distingue-
 bantur homicidia, an nempe nex esset illata ex insidiis per dolum & sce-
 lus, seu, uti in *Reformatione Velaviae Cap. 3. art. 1.* dicitur, *met voorfat,*
luypende van achteren of van voren; an vero in calore irae & in contentione,
 seu ut in eadem *Reformat. Velaviae d. Cap. Art. 3.* legitur, *vechtender hant*
uit hevigen moedt sonder offat, homicidium sit perpetratum. Nex violenta
 & clandestina proprie vocatur *Moord*, unde medio aevo Latine scribentes
 suum *Mordrum* & *Murdrum* effinxerunt. Talis caedes ab antiquissimis tem-
 poribus semper capite plectebatur, nec ulla compositio admittebatur. Vid.
 HALTAUS *Gloss. V. Mord. pag. 1364.* Quod in calore irae committeba-
 tur, proprie homicidium, sive *Doodslag*, appellatur. Talia homicidia olim
 non fuisse Capitalia, notissimum est. Pluribus id docuit, praeter alios,
 EMMINGHAUS in *Comm. ad Statuta Susatensia p. 53.* Sed si aufugisset
 delinquens, in patriam revertendi facultas ipsi non, nisi post certum tem-
 pus, legibus plerumque definitum, concedebatur, ita tamen ut prius com-
 positionem facere deberet cum Iudice & propinquis occisi: bona interim
 in Fiscum redigebantur. Sed cum inter maritum & uxorem communitio bo-
 norum regulariter locum habet, hinc est, quod ex talium bonis dimidiam
 tantum partem sibi cessuram declarat Dux in his nostris verbis. Eadem ipse
 WILHELMUS anno sequenti 1383., etiam concessit in den *Landbrief van*
 Over-

ende die ander helfte solde dat wijs offte kinder behal-
den.

9.

Ende gebiel tot Genth doetslag van bujtenlujden /
dat ghene porteren tot Genth en weren / die doet-
slaege salden wijs richten / gelieck off sij in Betuwe
geschiedt (s) ende gedaen were.

10.

*Overbetuwe, ubi statuit, Voert soe en sal niemant geen goet verliesen mit veg-
ten, dan syn selfs goet, dat is te verstaen, dat een man syns Wyfs noch synre
Kinre goet niet vervegten en mach. Vid. Append. Plac. Gelr. p. 32. Similia
statuta inveniuntur in de Landbrieven van Overbetuwe anni 1403. ibid. p. 35.
van Bommeleerweert, anni 1409. ibid. p. 81. & van Veluwen anni 1532. ibid.
p. 150. & in aliis Privilegiis pluribus. — Postquam vero omnia homi-
cidia poena capitali vindicari coeperunt, confiscatio illa bonorum cessavit,
bonaque proximis heredibus jam quidem competunt. Receptum enim tunc
fuit, dat niemant tegelyk syn byf en Goed verbeuren kan, als alieen in misdaeden
van verraedt of van gequetste Majesteit, van Vadermoord, ende van geweldige
ontschaekinge, buiten dewelke, wanneer een misdadiger met de doot gestraft
wordt, desselfs Erffgenamen syn goed mogen aentasten, hebben ende behouden,
alwaer 't goed, tot desselfs overlyden toe, by den Officier in toelach genomen
ende behouden. Oock en kan niemant verbeuren syns Wyfs of syner Kinderen
goed; uti statuitur in 't Landregt der vier Bovenampten Tit. 34. Art. 33. &
34. Ex quibus proinde verbis facile constare poterit, quousque hicce
noster Articulus fuit abrogatus.*

(s) In Betuwe geschiedt.] Quid circa homicidia in Superiore & inferiore

E

Batavia

Voertmeer / soe wat kaeren tot Genth buzz. ge-
 fallen / die sollen wy halff hebben / ende onse Stadt
 van Genth die ander helft (1); mer wat brecken dat
 daer anderz gesielen / daer en sollen die van Genth niet
 van hebben.

Batavia olim constitutum fuerit, disci poterit ex *Statutis* anni 1327. in
App. Placat. Gelr. p. 28., anni 1383. *ibid.* p. 31., anni 1403. *ibid.* p. 34.,
 & 45.; nec non anni 1410. *ibid.* p. 46.

(1) *die ander helft.*] Quo magis sibi Civitates obstringerent Duces Comi-
 tesque nostri, certam quandam mulctarum partem plerumque iis concesser-
 re. In hoc nostro Art. statuitur dimidia. In diplomate REINALDI Du-
 cis, Anni 1410. Thielanis dato, quadraginta quinque solidorum argenteo-
 rum, qui mulctae nomine solvendi erant, sibi quindecim tantum adjudicat
 ipse Dux. Vid. *App. Pl. Gelr.* p. 56. Dimidiam iterum mulctae partem
 adjudicat Heemrado, alteram dimidiam sibi reservat ARNOLDUS Dux in
den Landbrieff van Neder. Betuwe — Anni 1439. in *App. Pl.* p.
 49. *Ende daer aff sullen wy hebben drie pondt, en onse Heem-raat drie pont.* —
 Atque haec dimidia mulctarum pars, Oppido Gannitensi in hoc Articulo
 concessa, adjudicata etiam ipsi fuit per Sententiam Curiae anni 1628., qua
 Toparcham condemnavit, *dat gehouden is aan die Impetranten te laten volgen
 de halve keuren tot Gent gevallen, vermogens den Brief van Hertoch Wilhem
 van den jaere 1382.* Quibus proinde verbis Articalus huiusce noster expres-
 se ulterius confirmatur. Vide *Sententiam* illam in *Sylloge Documentorum*
num. 3.

II.

Ende men en sal genen porter van Gently toe kampe ansprecken (u) binnen onsen Lande van Geire ende Graeffschap Zutphen.

12.

(u) toe kampe ansprecken.] Olim Crimina ita distinguebantur, ut quaedam *manifesta*, quaedam *nec manifesta* haberentur. *Manifesta* dicebantur, si vel facinorosi in ipso delicto essent deprehensi, vel saltem per clamorem illum legitimum, quem *Wopen-roep* vulgo vocabant, manifesti criminis rei reddebantur. Qui ita deprehensus esset, sine ullo longiore litis sufflamine condemnari poterat, nec ad probationem innocentiae facile admittebatur. Secus erat in crimine *nec manifesto*. In eo casu accusator legitimo testium, plerumque septem, nonnunquam plurium, prouti majoris vel minoris dignitatis reus erat, numero reum legitime convincere tenebatur: in qua probatione si deficeret actor, innocentiam suam probare reo licebat vel per iurandum, vel per duellum, vel per aquam calidam, vel per ferrum candens, aliaque judicia probatoria, sive Ordalia divina, quae barbaries majorum excogitavit, & diu retinuit, de quibus praeter alios Vid POLAC, *Jurispr. Germ. Ant. Lib. IV. C. 15*. Nempe si causa criminalis obscurior & obvolutor incidisset, quae secundum leges & mores receptos liquido probari non posset, in eo casu eventum & decisionem litis iudicio Divino permittendam censuerunt Majores, reoque, qui non legitima probatione convinci posset, sed suspicionibus & praesumptionibus gravibus premerebatur, innocentiae suae probationem injungebant, eumque ad iudicia divina, sive probatoria, condemnabant, qualia pro diversitate criminum diversa erant. Inter omnia autem iudicia probatoria famosissimum quondam fuit *Judicium Duelli*, cujus immunitate Gannitenses vi hujus Privilegii do-

nati fuerunt. Duellorum diversa genera, uti ab Interpretibus statuuntur, heic enumerare velle, putidum esset, & plane extra oleas. Eo vero sensu, quo in hoc nostro *Articulo* vox usurpatur, *Duellum* nihil aliud est, quam *singulare duorum certamen sive concertatio, auctoritate Judicis instituta, eum in finem, ut ex ejus pugnae eventu de re ambigua dijudicaretur.* Inquam, *de re ambigua*; nam si de facto liqueret, & probationibus legitimis res certa esset reddita, Judici non licebat monomachiam illam concedere, sed tantum in ambiguis & dubiis causis, si adversariorum alter alterum provocasset ad *duellum*, sive *Campum*, pugnam illam decernere poterat; quo in casu provocatus pugnam declinare non poterat, nisi pro convicto haberi vellet. — Et quidem secundum *Constit. Sicul. FRIDERICI Imp. Lib. II. Tit. 33.* locum habebat iudicium illud *Duelli* in crimine laesae majestatis, homicidii & veneficii non tantum; verum & in aliis Criminibus, ut in adulterio, raptu puellarum, incendio, similibusque, etiam levissimis nonnunquam, adhibitum fuisse, ab aliis jam satis probatum est. Quae vero in duello, rite a Judice decreto & alicui imposito, solennitates quive ritus adhiberentur, & observari deberent, nulla etiam causa est, ut hic pluribus ostendamus. Omnia illa inveniri poterunt in libello CORNELII VAN ALKEMADE, cujus titulus *behandeling van 't Kamprecht*, quique multis accessionibus auctus opera PETRI VAN DER SCHELLING tertia vice prodiit *Roterodami* anno 1740 in *Octavo*, ubi ex professo tota haec materia pertractatur. — At postquam iniquitatem & perversitatem horum Ordaliorum divinorum magis magisque in dies percipere coeperunt homines, imprimis, quia in casu *Duelli* ab arbitrio temerarii accusatoris res dependebat, an vellet adversarium suum, quem legitima probatione convincere non poterat, ad duellum provocare (quando id a Judice indulgendum erat) hinc plerarumque Civitatum Magistratus per Privilegia a Principibus omni ope impetrare annisi fuerunt, ne Cives sui ad singulare hoc certamen ulterius provocari possent. Longum talium privilegiorum, Civitatibus nostris Belgicis & Communitatibus, Pagis, & vicis, indultorum Catalogum reperire licet apud VAN ALKEMADE in *'t Kamprecht* p. 191. *seqq.* — Eandem etiam immunitatem, ad exemplum aliarum Civitatum

12.

Volztnmeer moegen onsen poirteren van Genth / die
daer woenhafftig sin / tollreij batren ende koemen toe
Zutphen ende toe Doegbarch / ende toe Lande tot
Elst.

13.

Wat onsse Richter ende die Scheyenen van Genth
deden gebieden / dat ons anginge of der Stadt van
Genth / dat gebod sal men halden (w) by al sulcker
hoer als die Richter ende Scheyenen daer opsetten.

14.

tum Gellicarum, Civibus Gannitensibus hoc nostro Articulo concessit
Dux. Non opus autem erit, ut Privilegia illa aliarum Civitatum Gellica-
rum, quarum cives eadem immunitate gaudent, hic pluribus enumeremus.
Otium hac in re nobis fecit Nobilissimus AUG. ROB. VAN HEECKE-
REN, qui in *Ambenitatibus Juris Publ. Gellici* Cap. 4. pag. 40 — 54.
plura de duello hoc judiciali egregia docuit, & satis accuratum Civita-
tum Gellicarum, quibus eadem immunitas concessa fuit, contexuit Cata-
logum, cui jam & hoc Privilegium Gannitense in posterum adnumerari po-
terit.

(w) dat gebod sal men halden.] Statim ac ex vico vel pago Gannita in
Oppidum erat erecta, & jus Civitatis acceperat, omnia illa jura etiam con-

E. 3.

cedit

Ende is 't sake dat onse Richter van Genth / die
in der tijd were / onsen poirteren van Genth / off den
ghenen

cedi & dari debuerunt, sine quibus Jus illud Civitatis explicari non posset. Hinc non tantum locus hic proprios suos Magistratus & Scabinos habere debebat, quorum consilio Civitas regeretur, quique inter cives jus dicerent, sed & illis, qui Scabinorum munere fungerentur, jurisdictionem, sive regimen Civiticum, concedi oportebat; nam Jurisdictionem gubernativam esse essentiale & necessarium requisitum omnium Municipiorum, pluribus docuit ZAHNIUS *Polit. Municip. Lib. II. C. 14. n. 12.* Regimen autem Civiticum & Jurisdictio non tantum in jure dicundo, & in causis inter Cives cognoscendis, hisque decidendis, sed praecipue quoque consistit in potestate praeciendi & vetandi. Sine edictis enim & interdictis disciplina inter Cives non potest custodiri. Custodiam autem disciplinae omni Magistratui municipali incumbere, nemo facile inficias iverit. Hinc, statim ac Magistratibus cura & administratio publica municipii alicujus a Principe conceditur, vi illius administrationis ac regiminis *Statuta*, huc pertinentia, condere etiam possunt: nam, qui administrationem publicam, & regimen Civitatis concessum habet, ei etiam non potest non quoque concessa esse facultas statuendi ea, quae ad *Politiam* illius Civitatis pertinent; ut ex BOHMERO, in *introd. ad J. P. Univ. p. 399.* & SCHRASBERT, *Deduct. der regten van Almelo p. 61. & Consult. Tom. IV. Conf. 5. n. 8.* pluribus docuit Consultissimus A. W. VAN OLDENBARNEVELD, in *Specim Acad. de Elburgo ejusque Statutis municipalibus*, Hardervici 1768. edito, pag. 25, & 26. — Atque illud jus Statuta & Edicta in usum Municipii sui, quibus *Politia* loci rite recteque constituatur, condendi, & sub certis multis promulgandi Scabinis Gannitensibus expresse etiam concessit, eaque rata ac firma fore voluit Dux hisce Articuli nostri verbis.

ghenen die tot deren rechten staen salde / gheen Schep-
pen-vondenisse doen ende wolden (x) soe en sollen die
Schepenen niet thoe Gericht sitten by onsen Richter
toe Genth / thent ter tyd / dat Hy den Tughden von-
denisse dede by den Schepenen / ende daer en sullen
die Schepenen gheen broecken an doen.

15.

Ende onse Richter sal den Schepenen tot allen twee
saeren vernijhen / den Goensdach na Dertbiendagh (y)
soe

(x) Gheen Schepen-vondenisse doen en wolden.] Similia statuuntur in Pri-
vilegio Bommeliensi anni 1327. in *Append. Plac. Gelr.* p. 73. Voert willen wy,
weert saeke, dat onse Amptman yemant weygerde Schepen vonnisse, dat onse
Schepen niet meer over misdaet, nagh over gerigt wesen en sullen sonder misdaet
oft broecken tegen ons ende onse nakomelingen, tot aen der tydt, dat onsen
Amptman dien menschen sette to regt ende te vounis der Schepen voergenoemt.
Iisdem verbis id etiam cavetur in 't Landrecht van Beesde en Renoy anni
1327. in eodem *App.* p. 104. Confer quoque *Handvest van Bommelerweert*
anni 1409. *ibid.* p. 82.

(y) des Goensdach na dertbiendagh.] Id est proximo Mercurii die post
festum Epiphaniae, vel quod idem est, post festum Trium Regum, seu post
diem 6. Januarii. Rationem autem denominationis, cur dies Mercurii,
seu, ut hodie communiter pronunciamus *Woensdag*, olim *Goensdag*: nec
non cur festum Epiphaniae, seu *drie Koningen-dag*, appelletur *dertbiendagh*,
haurire licebit ex HALTAUSII *Calendario medii aevi*, p. 8. § 40.

soe sal onsen Richter twee Schepenen (z) kiezen / ende die Schepenen sullen voizt kiezen / dat sy veren volen stoel hebben.

16.

Voiztmeer soe wie tot Genth wonastig is / en daer sterft / daer af sullen die naeste rechte Erffgenamen (a) dat guet hebben / ende opboeren rustelijck en bredelijck.

17.

(z) onsen Richter twee Schepenen.] Confirmatum id expresse fuit, Judicique a Curia suprema per Sententiam anni 1628. de novo injunctum, in bet stuk van verkiezen der Schepenen sig te reguleren na die Privilegien, gegeven in den jare 1382., mitsgaders het gebruik, daerop gevolgt. Vide Syll. Docum. Num. 3.

(a) die naeste rechte Erffgenamen.] Jus, quod hoc & sequenti articulo Gannitensibus conceditur, non in eo consistit, ut proximus heres hereditatem defuncti adire possit: (id ex jure-communi ubique obtinet; nec in eo privilegio ullo, vel speciali concessione opus erat) verum si quis extraneus, non civis, qui Gannitae habitaret, forte moreretur, heresque ejus legitimus ibi non habitaret, talem hereditatem non in fiscum redactum iri, (uti alias moris erat) sed nihilominus extraneo heredi traditum iri, concedit Dux, dammodo intra annum & diem bona illa sibi vindicent extranei illi heredes; alioquin, si intra dictum illum terminum bona illa non repetierint, tunc sibi fiscoque suo adjudicatum iri statuit. Eadem itaque in binis his Articulis indulgentur, quae etiam Privilegio Nieuwerkerkiano anni 1413. indulta leguntur: Voort so wat luyden, die van buyten inkomsten

ren

Ende were 't sake / dat daer ghene rechte Erfgena-
men van en were / soo salde onsen Richter dat guet be-
leggen by den Schepenen ein jaer und ses wecken lanck /
of daer en binnen yemand kweme ende bewysede / dat
hy daer een recht Erfgenaam van weer / die solde men
dat guds natreicken by den Schepenen / ende en kweme
me binnen der tyd nyemant / die dat bewiesden / soo
salden wy onsen wylle mit den guede doen.

*ren, sturven, die geen Erfgenaamen bedden, dat kundich were onsen Schepenen
ende onsen Poorteren van der Nykerken, so en souden wy noch onse Richter dat
goet aentaelen noch aentasten, mer die Schepenen sullen dat goet al alinck on-
derhouden een jaer, sess weken, ende drye dagen, of de Erffgenaem daer bin-
nen quemen, ende aenspreken dat goet; daer sullen hoen die Schepenen alle recht
aff doen, ende off daer en tusschen niemant en queme Erffgenaem, die daer
recht aen hadde, so sullen wy, off onse Erffgenamen, dat geed al alinck be-
ffen ende boeren. Vid. SLICHTENHORST, Geld. Hist. in App. p. 582. —
Verba itaque Articuli nostri so wie te Genth woonachtich is ende daer sterft,
intelligenda sunt de extraneis, qui Gannitae sedem fortunarum suarum
quidem constituerunt, sed quorum heredes etiam extranei sunt, & forte
ignorentur, seu, ut in Privilegio, Wageningae anno 1263. concessio apud
eundem d. l. p. 580. legitur, eenige vreemde luiden, van buiten inkomende
wonen.*

18.

Voirtmeer / ofte tot Genth vuz. ein ordell gesiet
 boer 't Gericht / des die Scheyenen niet wuz en weren /
 dat ordel sal men haelen tot Zutphen (b) op der gemre
 kost / die des ordels behoesden / ende sa wie dat ordel
 berliest sal den kostt allein geliden.

19.

Voirtmeer / wer 't saichte / dat onsen Richter tot Genth
 hemant ticht antege die hy hem met Scheyenen niet
 ouertuygen en konde / daer moegen sy oir onschult vor
 doen (c) / ende moegen daer mede gunt wesen / utge
 nomen dat aen ondaet draechge.

20.

(b) tot Zutphen.] Quum hic Articulus ampliatus fuerit postea a Duce
 CAROLO anno 1493, in notis nostris ad illud Privilegium de Provoca
 tionibus his ad Tribunal Zutphaniense, pluribus agemus.

(c) daer moegen sy oir onschult vor doen.] Id est, jurejurando innocen
 tiam suam probare possunt. Quid autem sit juramentum purgatorium, quo
 modo in locum Ordaliorum Divinorum, seu Judiciorum probatoriorum,
 ex Jure Canonico haec purgatio in Criminibus nec manifestis, si reus plene
 convinci non possit, adhiberi in judiciis coeperit, ut pluribus ostenda
 mus, causa nulla est, cum haec adeo pervulgata sint, ut nullus, qui velle
 primis labris sacra haec nostra gustaverit, tulla ignoret. Vid. praeter alios

HEINEC.

HEINECCIUS *Elem. J. Germ. Lib. III. §. 354.* — Verum majoris momenti est, quae in hoc nostro Articulo subjungitur, exceptio, *ut genomen dat aen ondoet droechge.* Quid sane per illa verba intelligi debeat, primo obtutu haud adeo liquet. Per *ondaaden* intelligi debent crimina graviora & capitalia, quae alias *Forfacta* dicuntur, ut ad Art. sequentem pluribus videbimus. Quum itaque crimina illa graviora haec excipiat Dux, an ita hoc est intelligendum, ut in talibus, si reus plane convinci non posset, admittendum tunc eum voluerit ad probationes illas vulgares, ut nempe vel per ferrum candens, vel per aquam calidam, vel per duellum, aliove modo, innocentiam suam probare, seque ab injecto crimine purgare teneretur? Ludibrio sane se exponeret, qui ultima haec verba ita intelligeret; nam eo tempore, quo hoc Diploma nostrum datum fuit, barbarus ille mos purgationum in defuetudinem abierat, & Ordalia illa divina jam in judiciis nostris abrogata erant. Quid itaque? Sensus nempe horum verborum unicus hic est, quod in omnibus criminibus, quae appellatione *Forfactorum*, sive *Ondaaden*, non comprehenduntur, innocentiam rei, si suspicionibus & praesumptionibus tantum premeretur, nec plene convinci posset, purgari licitum esset per solum ipsius rei juramentum purgatorium; id quod in *den Landbrief van Over- en Nederbetuwe* anni 1327. dicitur, *hem ontschuldigen mit synre eenre bandt*, in *Append. Placit. Gelr.* p. 28. Verum, si crimina talia essent, quae voce *Ondaaden* comprehenduntur, quod in talibus solum jusjurandum rei non sufficeret, sed quod simul certum numerum *conjuratorum*, vel *consacramentalium* tunc adhibere deberet reus, qui se purgare vellet. Qui autem sint *conjuratores* & *consacramentales*, etiam adeo pervulgatum est, ut nec ei rei ulterius inhaerendum sit. Praeter alios videri poterit EMMINGHAUS *ad Stat. Susatensia* p. 68. Ut unico tantum in in re notissima exemplo defungamur, *homicidium* in *Classem Forfactorum* referebatur. Qui itaque homicidii suspectus erat, solo juramento se purgare non poterat, sed quatuor consacramentales secum adferre debebat, qui simul cum reo jurare debebant, illum esse innocentem. Sic in *Privilegio Tielensi* anni 1410. homicidii suspectus ad purgationem tantum admittitur

Doiztmeer / wurd't tot Genth kurf. niemant met on-
 darden (d) begrepen / daer sal onsen Richter ober rick-
 ten / alz hem die Schepenen wiesen / dat recht is.

21.

met gevolg van vier guede knapen tot hem, in eodem *App.* p. 56. Idem etiam
 statuitur in de *Handvest van Bommelreweert* anni 1409. *ibid.* p. 80. Si talem
 purgationem cum quatuor conjuratoribus praestaret reus, proprie dicebatur
 syn recht te doen met syn wyffen aen den heiligen, uti legitur in *Privilegio Bom-
 meliensi* anni 1327. in eodem *Append.* p. 75. Hinc notissimae sunt phrasae
septima manu, duodecima manu jurare, pro numero nempe majori vel mino-
 ri, legibus plerumque determinato, consacramentalium, qui una cum reo
 juramentum credulitatis praestare tenebantur: Res haec notior est, quam
 ut exemplis indigeat, in primis postquam hac in re otium nobis fecit dili-
 gentia SICCAMAE ad *Leg. Frison. Tit. 1. Art. 8. p. 11.* GAERTNERI
 ad *Leg. Saxonum Tit. I. p. 13.*, & aliorum plurium.

(d) *Met ondaeden.*] Vox haec in genere quidem significat omne malefi-
 cium, flagitium, scelus, & nefas, sed in specie per hanc vocem indigi-
 tabant delicta illa graviora, quae medio aevo Latine scribentes barbara
 voce vocabant *Forfacta*. Differentia autem inter *Ondaden*, & alia crimi-
 na, praecipue in eo sita est, quod ratione officii in *Forfacta* inquirere po-
 terat iudex, etiamsi nullus adesset accusator, illaque dicuntur *te staan toe
 waerbeyt, aen wyttachtige luiden te versucken*, in de *Landbrief van Over-
 en Neder Betuwe* anni 1327. in *App. Plac. Geir.* p. 21. qualia sunt, ut in
 eodem illo *Privilegio* enumerantur *Moort, Moortbrant, Doodslage, & Vre-
 debrack*; *Conf. & Privil. Bommeliense* ejusdem anni *ibid.* p. 72.; quum cetera
 delicta, quae ad classem illam *Forfactorum* non referuntur, *ibidem* di-
 cantur

Doiztmeer / soe en sal tot Genth vurs. genen Riche
 wesen / noch warden / hie en fall erst vor die Burch-
 gemeesteren ende Schepenen sweren ten Heiligen (e) /
 onser Stadt's rechten van Genth burgemeest te halden.

22.

cantur gerigt te worden mit recht, id est, quod in illis accusator requireba-
 tur; ut consequenter in his vetus juris nostri Paroemia locum habuisse vi-
 deatur, *daar geen klager is, is geen rigter.* Forfacta praeterea, sive *Onda-*
den, cognitioni ipsius Principis reservabantur, & in supremo ejus tribu-
 nali dijudicabantur, dum cetera delicta ad cognitionem ordinarii Judicis
 spectabant. Patet id ex allegato Privilegio anni 1327. ubi legimus, *Ende*
wie hier in (nempe *Moort, moortbrant, doodslage, vredebraek*) *schuldigh wor-*
den wort, die sal tot onsen wil staen. anders alle punten sal men richten mit
recht. Clarius id liquet ex Statutis antiquis, quae produxit MATTHAEUS
de Nobil. Lib. II. p. 343. Episcopus ex officio suo potest punire fures, latro-
nes, pacis violatores, virginum & mulierum violentos corruptores, raptores —
incendiarios, ecclesiarum effratores, & in casibus similibus, qui ONDAET
vulgo dicuntur, etiamsi nullus conqueratur. — Delicta vero alia, quae NON
sunt ONDAET, ut homicidium simplex, pugna inter ministeriales, punire non
potest, nisi aliquis sit, qui conqueratur. — Quum autem atrociora illa
 delicta, quae vulgo *Ondaaden* dicebantur, cognitioni ipsius Principis regu-
 lariter reservata erant, & in nostro hoc Articulo Judici injungatur *daar over*
te richten, als hem die Schepenen wysen, dat recht is, exinde patet Juris-
 dictionem Criminalem etiam illis in casibus Scabinis Gannitensibus fuisse
 his verbis indultam & concessam.

(e) *sweren ten Heiligen.*] Judicem in Privilegia & leges, earumque ob-

Doiztmeer soe en fall onsse Richter van Genth buzz.
ghenen pozter van Genth rwech fueren uut onsser Stadt
van Genth hoer ghenerehande saecten / mer hie fall hem
dair Scheyen vondenisse doen (f) / ende onsse Richt-
ter

servationem, jurare semper debere, tralatitium est, nec probatione indi-
get. Postquam autem Gannita in Clientelam peculiaris Domini cesserat,
Judex Toparchae loci jurejurando fidem suam adstrinxisse videtur, nec
jusjurandum Magistratui Gannitensi amplius praestitisse. Quum ea de re To-
parcham inter & Scabinos lis inter alia esset exorta, Articulus hic, qui
per aliquod tempus in desuetudinem forte abierat, in usum fuit revo-
catus, & per Sententiam Curiae Gelricae d. 25 Julii 1618. ordinatum fuit,
dat de tegenwoordige Richter, gelyk ook de volgende doen sullen, den gebeurli-
ken Eed doen sal in handen van Burgemeesteren en Schepene van Gent, in con-
formite van den Brief van Hertog Wilhem van den jaare 1382. Vide Syllog.
Docum. Num. 2.

(f) Dair Schepen vondenisse doen.] Nisi ipse reus jurisdictionem illius Ju-
dicis, coram quo convenitur, prorogaverit; quae exceptio expresse addi-
tur in Privilegio Bommeliensi anni 1317. in Append. Plac. Gelr. p. 74. Voert
willen wy, soe wie poerter is tot Zaltboemel, dat men hem syn goet — beset-
ten noch beklagen mach, dan tot Zaltboemel voor den banck, oft by en wil
daer selver tho recht staen, op dat by syn poerter recht toedrogte, als recht
is. — Et, ne quis a judice suo competenti avocari possit, generali-
ter omnibus suis subditis promisit Dux CAROLUS in 't Verdrag van 1501.
seque obligavit, eynen yegelicken, die regt ind reden begeert, ten rechtten ind
seden doin stellen, ind sulx geschien te laten ter steden ind plaetsen, dair sy woin-
haftigh ind gelaten xeren, in eodem Append. p. 198.

ter en fall ghene pande uyt Genth laten brenghen / sy
en sint daer ierst gesleten by den Schepenen met recht.

23.

Doiztmeer / soe en moegen onse Schepenen van Genth
huuz. geenen Schryver (g) noch Baede setten / dan by
onze ende onsen Amptman.

24.

Doiztmeer / soe en sullen wy onser Stadt van Genth
huuz. gemeethande saicken gesinnen toe doen / hozder
dan onse gemegne andere steden.

(g) geenen Schryver.] quem barbara voce vulgo *Secretarium* vocamus;
KILIANUS Schryver, inter alia, vertit, *Graphiarium*, *Amanuensem*, *Tabularium*. Hinc munus ipsorum saepe olim vocabatur *bet Schryfambacht*, vel *Schryf-
ampt*. Vid. *App. Plac. Gelr.* p. 85; — Sicuti autem Principis, ex cujus
sinu omnis jurisdictio profuit, est Judices constituere, sic etiam ipsius so-
lius est ceteros Officiales Judicii constituere. Vid. *Append. Plac. Gelr.* p.
71. nisi forte expresso privilegio id alteri indulserit. Sic in *Privilegio Bona-
meliensi* anni 1327. in eodem *Append.* p. 72. Scabinis ejus Civitatis expres-
se conceditur *den Bode van der Stadt te moegen setten ende ontfetten.*

25.

25.

Ende of wy enige diensten of Versaert geboeden /
dat fall onse Richter mit den Burchgemensteren ende
Schepenen van Genth uytsetten met vier luden / die
die Gemeynte daer by setten / of die Gemeynte daer by
willen.

26.

Ende die luden van Genth / die ons volghden ende
dienden / sullen wy lieberen / gelick onsen anderen
Steeden Ritteren ende Knaben (h).

27.

Doiztmeer / soo wex onse Richter / Burchgemenste-
ren ende Schepenen buzz. setten by den vier luden
buzz. op hem seluen / ofte op oere poiteren van Genth /
dat fall elck gelden sonder wedersprache.

(h) gelick onsen anderen Steeden, Ritteren ende Knaben.] Ita in uno Apo-
grapho recte legitur; in altero male, gelyk onsen anderen Ruyteren ende Kna-
pen.

28.

28.

Ende dat moegen onſe Richter / die Burchgemen-
ſteren ende Schepenen van Genth uytpeinden metten
Stadts gefwaaren Baede van Genth / ende ſoe wie
pantweringe dede tegen den Baede van Genth buzz. /
die weren op vyff pont (i) / alſoe duck / alſ hy dat
dede.

29.

Ende vozt ſoo ſullen wy onſe Stadt en Poiteren
van Genth buzz. halden in alle oeren gueden alden ge-
woenten ende gueden hercommen / alſ buzz. is.

Alle deze buzz. Puncten / ende elcke punct ſonderlin-
ge / hebben wy Hertouge van Gelre ende Grave van
Zutphen buzz. voic onſ / onſ Erven / ende nacome-
lingen /

(i) op vyff pont.] Qui iniuste se opponit pignoris capioni, (onregte pant-
weringe doen vulgo id vocatur) multam eum incurrere pecuniariam, lip-
pis & tonforibus notum est. Poenam autem illam non ubique eandem esse,
sed alibi majorem, alibi minorem legibus statutam, constare poterit, si
quis conferat diversa Statuta seu de Landbrieven, quae exhibentur in Ap-
pend. Plac. Gelr. p. 20. 24. 74. 87. 98. 105. & alibi.

lingen / gelaest / ende gelaeben in gueder trouwe onser Stadt van Genth / ende onse Poirteren aldaer / die nu syn / ende namaatz komen sullen / vast / stede / ende onoverbrekelicken te halden / ende te doen halden / sonder argelijt.

In virconde ons segel / dat wy van onser rechter wetenheit an desen Brieff hebben doen hangen. Gegeben int jaer ons Heren duysent dzte honderd twee ende tachtigh des Dyndachz (k) / nae onser Liever Vrouwendach *Purificationis*.

Deese voirschreven Puncten ende Privilegien heeft Hertogb REINHOLD (l) geconfirmereert und gestedight int jaer ons Heeren duysent vier hondert ende tien.


Ende


(k) *des vrydags.*] Qui dies incidit in diem 7. Februarii cujuslibet anni.

(l) *Reinhold.*] In Apographo, quod Nobilissimus IN DE BETOUW nobiscum communicavit, haec *Adnotatio* subjungebatur, quam subjungendam & hic putavimus, cum exinde liquido pateat, Privilegia praecedentia WILHELMI a REINALDO Duce expresse etiam dicto illo anno fuisse Gannitenfibus confirmata, uti etiam SLICHTENHORST in *Theatro* p. 50. monuit. Verum Apographum illud nobis non fuit Literas illas Confirmatorias binorum horum Ducum. In altero nostro Apographo Confirmatio tantum habebatur ARNOLDI Ducis. Uti autem nuda Confirmationes

Ende Hartogh ARENT van Gelre deselve geteickent in t' jaer ons Heeren duyfent vier hondert ende drie en twintig op St. Laurentius dach.

tiones antecedentium Privilegiorum iisdem plerumque verbis repetebantur, probabile est, Confirmationem ARNOLDI iisdem verbis fere fuisse conceptam, quibus praecedens REINOLDI confirmatio continebatur. Sufficere itaque sibi absque dubio putavit Descriptor alterius Apographi, si modo, omissa priore, posteriorem Confirmationem describeret; qua sua opera saltem id nobis praestituit, ut ex Apographo ejus Confirmationem illam hic etiam edere potuerimus.





Wy Arnolt (a) van der genaeden Gades Hertou-
 ge van Gelre / ende van Sulick / ende Grebe van Zut-
 pphen / doen cont allen luyden / ende bekennen miyt de-
 sen apenen breieven / dat wy in gude trouwen / ende
 by (b) onsser eerlicker eere / gelaest ende gestaessden
 Eedt den Hyligen geswaeren hebben / gelaeben en ge-
 swaer

